

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

22 Filius presbiteri non potest habere beneficium in ecclesia in qua pater;  
quod si habuit, ipso iure non vacavit ante Conc. Trid. nisi post trimestre.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

nō, cui ipse adh̄eret, esse veram, absoluere potest, quoties penitentem vel auctoritatem, vel ratione contraria probabile, nō videt; vel etiam si probabiliter credit, quod illa sua admonitione nihil aliud efficeret, quam quod odiosam apud doctos confessionem reddet; aut quod penitētē non emendabitur.

## DECISIO XVI. Dub. 13.

**16** **Q**ui multa beneficia diuina in titulum, quorum unum quo statu decetu sufficit, sine dispensatione, vel consuetudine, possidet, mortaliter peccat. **c.** Conquerentem, de cler. non resid. & glo. in c. dudum 2. de elect. 5. Thom. Quodl. 8 art. 19. & Quodl. 9. art. 19. & Nau. in Man. c. 25. nu. 125. **Q**iamuis enim multa habere possit si legitimē vinita, aut annexa fuerint; **c.** Vno. 10. q. 3. & c. ex usurpante, §. qui vero de p̄b̄c. non tamen si sunt diuina: sicut etiam unum in titulum, & aliud ad tempus commendatum ad sex meses tantum, si sit ecclesia parochialis, habere potest; **c.** Nemo, de elect. in 6. non tamen retinere potest unū in titulum, & aliud commendatum in perpetuum, cum huius eadem ratio sit, que de dato ad titulum est. **C**ardin. Alex. in c. u. autem, distinet. 44. lo. Maior. 4. d. 24. q. 13. **N**e: tamen semper illicitum est, duo beneficia habere, na- iuste quis duo beneficia retinere potest residentiam perso- nalem non requirantia, quorum alterum non sufficit ad honestam sustentationem, etiam absque una dispensatione ex Conc. Tri. sess. 24. c. 17. de reform. Ex dispensatione autem & consuetudine iusta, quae non minus valeret quam dispensatio euam plura beneficia personalem residentiam re quirentia, iusta ex causa sine peccato haberi possunt.

## DECISIO XVII.

**17** **P**uta beneficia tenere sua natura non adeo malū est, ut per circumstantiam aliquam iustificari non possit; nec etiam adeo indifferens est, ut sine aliqua circumstantia iustificari licet, sed omnino necessaria est aliqua circumstantia, quae sufficit ad tollendū defrumentum, quā ipsa multitudo beneficiorū pr̄ se fert; ex S. Tho. Quodl. 9. at. 15. **T**alis autem est circumstantia eius, cui attenta per- sonæ liceat qualitate, non sufficit unum beneficium ad honestē, decenterque viendum talibus, puta, quia in eo est notabilis animi virtus. Nobilitas, aut scientia e. de multa, de p̄bend. Item tanta prudētia, sagacitas, & industria al- cuius, ut speret plures, quibus p̄fēct, profuturus, etiam absens, quam communiter alius p̄fēctus, & potius illa sumit propter utilitatem beneficiorum aut subditorum quā propria. **I**n cap. iam dudum. de p̄b. **T**aliseum circumstantia est defectus aliorum idoneorum. **H**oist. in c. graue, de p̄b.

## DECISIO XVIII. Dub. 14.

**18** **E**piscopus in locis, in quibus habetur consuetudo pre- scripta, ut lapsi etiam ob heresim, vel schismā, per Episcopos reconcilientur, non obstantibus iuribus illa consuetudine antiquioribus, c. si lapsi, & c. mutor. d. 50. & c. de lapsis. 16. q. 6. sic peccantes, reconciliare possum, cum iura humana, consuetudine contraria, legitime pre- scripta tolli possint c. fin. de consuetud. Sin vero canones noui, vel Bullæ denegantes Episcopis huiusmodi facultatem reconciliandi, illis in locis recepti sunt, nec per consue- tudinem legitime abrogati, necessario seruāti sunt; unde in excommunications, & irregularitates reseruantur. **P**apa ab ipsomet, vel eius Legato, vel in id delegato, postea incurrentes, non obstante difficultate, aut itineris longitudine, absolutionem, & dispensationem a Papa petere te- nentur, nec ab Episcopis absolvi possunt; quamvis ob im- pedimentum venienti ad Vrbem ab excommunicatione aliquando absolvi queant, ex Nau. in Manua. c. 27. nu. 46.

## DECISIO XIX. Dub. 15.

**19** **C**um residentia in beneficio curato de iure divino sit, nō nisi iusta de causa, & modo a Concilio Tridentino sess. 6. c. 1. de reform. & sess. 23. c. 1. de reform. p̄scri-

pto a residentia excusari potest; ita, ut nec in locis ubi pre- fatum Concilium noncum est receptum, nec aliqua con- suetudine induci poterit, vt quis in beneficio curato no- resideat, nisi iusta causa adh̄eret; iusta in autem causam non resideadi per pensis circumstantijs personæ loci, temporis, & alij; iudex arbitrii potest; c. de causis de offic. deleg. ne opus erit, scripta licentia in eis regis, in quibus Con- cilium Tridentinum nondum receptum est, quia nec iure diuino, nec aliquo humano anteriori ea requiritur.

## DECISIO XX. Dub. 16.

**20** **R**ordinatus ordine sacro absolute, id est, sine titulo be- neficij, vel patrimonij, non solum secundum Cano- nes antiquos, cap. Neminem. & ca. sanctorum. diff. 70. sed etiam secundum Concil. Trid. sess. 21. c. 2. de reform. reno- uans illos Canones, ipso iure suspensus est, donec cum eo disperatur. c. Per iuss. 3. de simonia. Et Episcopus sciens vel circa debens, talem ordinans ordinatum alicet tenet c. cum secundum de presb. sequitur tamē si pet intendat, & fraudem ordinandus fingendo titulum decepit. Episcopū: tunc enim ordinatus est suspensus, sed ordinans eum alicet non tenet; cum frās, & dolus nemini patro- nati de- beant. cap. Sedes Apostolica. de rescrip.

Quicquid sit de veritate rei, an scilicet, Concilium Tri- dentinum sess. 21. de reform. cap. 2. per illa verba, Antiquorum Canonum pars immunda, renouauerit solum caput Neminem. & cap. Sanctorum. diff. 70. ita ut ordinatus sine ti- tulo beneficij, aut patrimonij, secularis sit, sufficiens incurrat, vel solum innouauerit cap. Cum secundum de pra- bend. ita ut episcopus talem ordinans, ordinatum alicet te- neat, & aliqui referunt Sacram Congregationem cense re innouata tam panam cap. cum secundum alicet vero dicunt; eandem Congregationem centere innotatam lo- lum panam cap. Neminem. & cap. Sanctorum. Hoc unum modo certū est post Bullam Sixti. V. que incipit, Sanctum, & salutare, editam anno 1588. Episcopū si male promou- entem aliquem secularis ad factos ordines sine titulo sufficiens beneficij, vel patrimonij, siue id sciente, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita iustus er- rot, & probabilis facti ignorantia eum excusat, a collatio- ne primę tonsurę ac omnium ordinum, & ab executione omnium munerum Pontificium, eo ipso suspensus est & ab ingresso ecclesię interdictatur; sic vero ordinatus, ab exe- cutione, ministerio, & exercitio ordinum suscepitorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & obtentis beneficijs quibusque ipso facto priuatur, & ad illa, & alia similis, vel dissimilia in posterum obtinenda, in perpetuum inhabilis effici- tur. D. E. C. I. S. I O. XXI. Dub. 17.

**21** **F**ilius illegitimus in ecclesia, in qua paternus benefi- ciū aliquod habuerit, vel haberet, non solum facrum solemniter facere, aut Euangeliū, vel Epistolam lo- rempiter cantare prohibetur, sed neque Missam tanquam extēnus, & peregrinus priuatim celebrare, nec Sacrificium, vel Cantorem in eadem ecclesia agere potest; cum negari non possit, eum aliqua illorum faciendo, ministrare al- quo modo in illa ecclesia; Arg. tubri, de cler. non ordin. minist. & Clem. 1. de reg. & ca. perfectis. dist. 23. Quod ta- men omnino prohibitum est ratione fugandi memorā incontinentiae paternæ.

## DECISIO XXII. Dub. 18.

**22** **F**ilius presbiteri in eadem ecclesia, in qua pater, bene- ficiū habere non potest, quod si de facto habuit an- te Tridentinum, non vacavit ipsa iure, donec labetur ut mestre, datum ad permittandum pro altero alterius ecclesie vt patet sess. 25. cap. 15. de reform. Sin vero illum post Concilium quāsiuit, nihil in illo consecutus fuit, cum fa- ctus sit inhabilis ad illud; & collatio inhabili facta non valcat. c. cum in cunctis, 5. fin. de elec. & c. inter ceteras, de rescrip.

DE-